

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Monachus e
cum fonte primo

Summe stulticie est renunciare
seculo, dimittere patriam, urbes
deserere et monachum profiteri et inter
maiores populos peregre uiuere quam
erat uicturus in patria.

Ieronymus ibidem (in epistola).

si crucis et resurrectionis loca non essent
in urbe celeberrima, in qua curia, in qua
ala militum, in qua scorta, mimi, scurrae
et omnia sunt, quae solent esse in ceteris
urbibus, uel si monachorum solummodo
turbis frequentaretur, expetendum reuera
huiusce modi cunctis monachis esset
habitaculum; nunc uero
summae stultitiae est renunciare
saeculo, dimittere patriam, urbes
deserere, monachum profiteri et inter
maiores populos peregre uiuere, quam
eras uicturus in patria.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 58,
4 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.533, ll.2-
10).